

Zapotecanâ dictione scriptis.

De Passione Domini nostri Iesu Christi. in 4. Habeturque Opusculum ab eisdem Sodalibus, ut ex eorum narratione accepimus.

679. FR. CHRISTOPHORUS A. S. ALBERTO, Mexicanus saltem Domicilio (nam Patria ejus & Natio nos fugiunt) Professio ne Carmelitanus nudipes Provinciae S. Alberti Mexiceæ, scripsit.

De Logica, sive Dialectica, seu de modo sciendi Libros tres in quarto.

Logicam majorem in quarto.

Nec dubitamus reliquos pro Cursu Philosophici complemen to Tractatus pariter scriptiles, præter memoratos autem a nobis vi fos in Bibliotheca Collegij Theologorum ejusdem Instituti ad S. Angelum alias non invenimus.

680. F. CHRISTOPHORUS DE BARRIOS, Natione & Patria nobis incomptis, Domicilio ut minimum Mexicanus, Provinciae S. Evangelij Franciscanorum de Observantia alumnus, reliquit in schedis, quæ in Bibliotheca Collegij S. Jacobi Tlatelolcani evoluimus.

De Virtutibus excerpta varia è Sacris Libris & Ecclesia Patribus. in octavo.

681. D. CHRISTOPHORUS BERNARDUS DE LA PLAZA ET JAEN, Natione Mexicanus & Patria, nobilibus usus genitoribus, ex Universitati natus, cui futu rius erat à Secretis in annos plu-

res, in ejusdem Ædibus, Parenti item Christophoro eo defun genti officio concessis, natus 9 Junij 1639, statim ad januam Au la Theologicâ salutaribus aquis ablurus manu Primarij ejusdem Facultatis Antecessoris, dein Epis copi Habanensis D. D. D. Nicolai de la Torre, renatus fuit, quod vix ineunzi vita funus im mineret, præmatureque ad limen staret. Confirmata valetudine, atque egressus puerilibus annis, latine institutus Philosophia operam dedit apud Academias & Collegij Maximi Soc. JESU Gymnasio, donec absoluto curriculo Baccalaureus fuit esformatus. Tum civilibus negotijs agendis Patris operâ admotus, Prætorem etiam Oppidi de Cempoala egit Pro-Regi Mexicoœ commendatus ab Hispania Reginâ, tunc rerum potiente, data Schedula 12 Julij 1672, eo nomine quod clero esset sanguine & majorum gestis conspicuus. Ut verò & genitor ejus & avus totos 67 annos exactissimè fuerant à Secretis Academicis, plenus Doctorum Magistrorum Confessus 7 Augusti 163 Nostrum, etiamnum vivo Patre, ejus habere viccs voluit, illo ergo valetudine præpedito, cum jure futura successionis, mo dò Regiam tituli procuraret & teneret confirmationem. Placuit quidem Catholico Regi nostro Academicum Senatus consultum ratum haberi, ut subinde Nostri annis 15 genitori ægrotanti suf fe

fctus, eodem vitâ functo, à die 18 Januarij 1678 proprio no mine id officij sit executus, nec sine laude, quod strenue usus provinciæ fuerit, Universitatis honori studuerit, piumque ac religiosum se in actis præstiterit. Adversus Purissimam Dei parentis Virginis Conceptionem egredi devotus, annos reditus perpetuos designavit pro sex ta celeberrimi octidui agendâ solennissimè die in Sacello Academico ab Regali D. Ildefonsi Collegio, alumnis ejus rem divinam cum canu fakturis, concionatu ris, & frequentissimâ, ut sit, corundem, omniumque Academicorum & Religiosorum hominum coronâ, Immaculatae Virginis gloriae applaudentibus, No strumque, ut par est, amoris ergo & gratitudinis memoran tibus. Eo etiam tirulo de Universitate benemeritus fuit, quod ejusdem monumenta collegerit, & in annos redacta concluderit Volumine in folio à se scripto vernaculo idiomate, cui titulum dedit

Chronica Regie & insignis Uni versitatis Mexiceæ Nova Hispaniae ab anno 1553 ad usque 1687. Ex rat Operis in Libros quinque di stributi authographum, pariter que Exemplar, in Archivio ejusdem Universitatis.

D. Antonius de Leon Pinelo in Epit. Bibliothecæ Occidental is Matrianaæ Editionis 1738 col. 800. meminit

Entrationis Mexicanae Uni veritatis ejusque Virorum conscri pte infol. à D. Christophoro Bernardo de la Plaza, duclaque ad annum 1646 quæ MSS Extat in Biblio. D. D. Andreæ de Barcia Regij Consiliarij. Utrum autem ea frag mentum sit Chronicorum No stri, an Opusculum aliud: item, sit nec ne à Nostro profecta, an ab ejusdem Parente eisdem no minibus & agnomine insignito, discernere nequimus, cum prætermitti potuerit in ea cognomen secundum Jaen, quo uno Christophorum filium à Parente Christophoro fas esset nobis discrimi nare.

682. D. CHRISTOPHORUS DEL CASTILLO, Natione Mexicanus, Hispano Parente, Matre India natus, Mexici, an alibi nescimus, scripsit, ut videtur, Idio mate hispano

Historiam adventus Indorum Me

xicanensium in hanc, quæ Mexica

na est, Regionem.

Operis & Authoris meminit P. Franciscus Calderon Societas JESU doctissimus Theologus, in Libro MSS quem legimus, de Voragine, à Pantilam dicta, pro exonerandis Mexicis lacibus, cap. 5. inquiens, anno quo scribebar, scilicet 1631 vigesimali quintum compleri post Christophori funus, obiisseque octogenarium, & ejus Historiam MSS lervari in Bibliot. Collegij de Tepozotlani ejusdem Societas.

683. F. CHRISTOPHORUS DE CASTRO, Natione Mexicanus & Patria, clarò natus genere, Instituta Scripticis Parentis Francisci in Provincia S. Evangelij professus est. Latinitate excusus Philosophiaque atque Theologią, & pulchra dives eruditione, Scholarum palæstram egregiā cum laude cucurrit. Lector Philosophia Theologique totos annos 15, è quibus aliquot in Universitate Mexicanensi posuit, Subtilissimi Doctoris Cathedræ Antecessoris vice praefectus, reliquos & Angelopolis & apud insigne Diva Bonaventura Collegium Mexicum de Tlatelolco dictum exigit. Emeriti lauream Magistri adeptus, cideum Athenæo Guardianus est datus, & Generalis studiorum Provinciae sua Regens institutus, quæ ipse munera strenue gessit. Postmodum à Secretis R. Commissario Generali Novæ Hispania sibi esse jubenti paruit, cui ad præsens muncri incumbit. Nec vero, quæ memoravimus, dumtaxat Mineræ exercitijs ita se dedit, ut sacram non maleum Oratoriam coluerit, cuius specimen editis Opusculis eruditis exhibuit. Videlicet Latino sermone typis dedit

Parentalem declamationem, habitam in celebrissimo S. P. N. Francisci Mexico Canobio, Perillustris S. Evangelij Minorum Eparchie die 16 mensis Decembri anni Domini 1730: Ad pios manes Espi, ac Rm. V. P. N. F. Joanis de Soto Lectoris Jubilai &c.

rotius Ordinis Ministri Generalis, Mexici, ex Officina D. Mariae de Ribera 1737 in quarto. Hatur una cum alijs ejus Argumenti Opusculis in Codice inscripto: Americanus planitus Seraphicus, tom. 3. Collect. nostræ.

Vernaculo idiomate edidit Panegyrim hoc titulo:

Magnus circa mensuram, praclarus Patriarcha S. Dominicus de Guzman, Mexici, typis V. Josephi Bernardi de Hogal 1746 in quarto. Exstat tom. 3 Collect. nostra.

Habetur etiam luci publice datum Panegyricus alter inscriptus:

Imago Augustissima Trinitatis Inditus Pro-Martyrfigilli Sacramentalis S. Joannes Nepomucenus, Mexici, litteris D. Mariae de Ribera 1746 in quarto, tom. 4 Collect. nostra.

Inter MSS servat Cursum Philosophicum ad mentem Subtilissimi D. Scoti elaboratum.

Tractatus Theologicos varios pro ejusdem systemate Scholæ conceptos. Hispanas multiplices argumenti conciones.

683. M. F. CHRISTOPHORUS DE CERVANTES, Natione Mexicanus & Patria, Regij ac Militaris Ordinis Mercedensis Sodalitis, cum in religiosis Gymnasijs, tum in Academicis magno fuit nomine. Domesticis tyroribus Philosophia instituendis atque Theologią operam dedit, ut subinde Magisterij lauream jure detulerit, & primarij Cœnobij

Mexicei Commendatorem egredit. Doctorali Theosophia infulâ redimitus in Universitate nostrâ, pro ejusdem Facultatis Cathedrâ Velpertinâ regendâ Perpetuus Antecessor fuit destinatus, suffectusque ejus Decessori M. F. Ludovico de Cisneros Ordinis item sui alumno clarissimo, die 21 Februario anno 1620 ut est in Chronic. Academicis à Plaza descriptis lib. 3 cap. 21 n. 137. Quod verò nondum id temporis mores tulissent annuas Tractationes Academicas in Librum & Archivium redigere. Nostris quaeruerint signare non possumus, contenti innuere dictatos ab ipso

Tractatus Theologicos,

Et elucubratus

Disputationes Philosophicas, Conjecçõesque, forsan extituras apud Soiales,

684. FR. CHRISTOPHORUS CHAVES CASTILLEJOS, Natione Hispanus, Patria Hispalensis, Studijs Mexicanus & Domicilio, Instituta S. Dominici in Provincia Goaxacensem sectatus est Professione solemnè facta coram Antequerenis Conventus Priori E. Alphonso de Montemajore 1 Januarij 1601. Humaniores tum, moxque Sacras litteras hauxit. Praesbyter institutus, Idioma Mistice Nationis Indorum avidissime imbibit, atque in Sacramentorum administratione & Evangelicâ Prædicatione multis exercuit se annis, illorum salutis

Historia Provincie S. Hippolyti Martyris Ord. Pred. apud Goaxacenses Tomis 2 in folio

Affervantur, atriti licet, in Bibliotheca Cœnobij S. Dominici Antequerenis de Goaxaca. Elucubrabit præterea egregium Opus aliud insigni studio, multaque confians eruditione, quod inscriptis hispano sermone,

Prima Indiarum colonia Indorum que origo, in folio grandi.

Librum hunc MSS unaq; pro

pro eo publicando licentias inventit Angelopoli M. F. Leonardus Levanto ejusdem Ord. Vir admonit doctus, inter Volumina P. F. Josephi Romero Procuratoris Generalis Provinciae S. Hypoliti, Angelopoli degentis, transmissum que in Antequerense Cenobium, ut ineditus saltem extaret, quando quidem alium jam diu fuerat editionis silentium, in presentiarum latuisse vestigare non diligentissimum, ipse dato pro Bibliotheca nostra Catalogo, testis est.

Editum ab Auhore habemus tom. 57 Collect. nostræ in quarto. Idioma hispano

Sermonem Apologeticum à se habitum in solenni festo à Superioribus et Ministris Nationis Missione celebrato apud insigne Cenobium de Yanbuilam, in gloriis Parentis S. Dominici ejusdem Nationis Patroni et Advocati honorem et laudem. Mexici, ex Officina Baccalaurei Joannis Blanco de Alcazar 1619 in quarto. Prater decora Patriarchæ sui Clarissimi doctè graviter que expensa, Sodales, qui adstabant, Sacrorum Ministros corundem officij admonet egregio Dei & proximorum zelo.

685 D. CHRISTOPHORUS COLUMBUS, Natione Italus, Patria Genuensis, Novi Orbis detectione, quem ab Hispaniola auspiciatus est Insula, Mexicanus jure, si quis alias, dicendus, scriptis quoque in America nostra Litteris, per utrumque, qua late por-

rigitur, Orbem notissimum est. Clarissimi, hercle, viri gloriam de inita, incompta tot retro seculis, in vastissimas Regiones nostras via Apostolicis Prædicatoribus, qui Catholicæ Romanæ Ecclesiæ immensa incrementa dedere, ab Evangelici Vatis hemisphrio Doctores haud quaquam obscuri mutuantur, Thomas Bocius, Ulysses Albrovandus, Cornelius à Lapide & alij formulam expedientes illam, qua Apostolorum in prædicando successores indigitat quartens: *Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi Columbae ad fenestras suas? Me enim Insulae expectant et naves maris in principio, ut adducant filios tuos de longe: Argentum eorum, et aurum eorum cum eius nomini Domini Dei tui, etc.* Perinde quasi Columbae simillimos Apostolicos viros nunciaverit, Columbi sectatores vestigia, strateque ab ipso via (quam enim vero Deus fecit in mari equis suis, seu longissime per ignota discurrentibus navibus) olim institutos, Ecclesiæ gremio innumeras animas adducturos. Ita res habuit.

686 Apud Fortunatas Insulas jam diu Nostrum confidem, fortunatores longè alias ut auspicato Hispaniarum adferret Regibus, Alphonsus Sanctius de Guclba, nauclerus peritus, Hispanus, è Villa unde ipsi cognomen, in Comitatu Eleplæ in Beticis ortus, convenit, cum hospitij gratiâ querendi, tum etiam egregij Columbi nominis in Nauticâ

ticâ & Cosmographia, ut de visis à se ignotis terris, secum colloquerentur, descriptasque chartas communicarent. Dudum si quidem ab Hispania in Fortunatas & proximas Insulas, ut solebat, parvæ vectus navi trajiciens, improbabre abreptus tempestate rotos 28 aut 29 dies, tandem aliquando Insulam appulit sibi ignorantem (Hispaniam videlicet) quam consultis ex arte sideribus, atque, ut ut portis fuit, circumspiciens, in adversaria sua & chartas reduxit, signatis itidem omnibus, quæ observaverat redux, per invia maris tentabundè progressus, quoisque, Deo auspice, tardius quidem, felici tamen sorte in Fortunatis anchoram jecit. Hæc ubi Columbus narravit, datisque dono ipsi tabulis grati significationem animi, ob oculos posuit Alfonsum, is postquam è viuis discesserat; ille quo pollebat ingenio, Nauticæ & Cosmographiaz scientiâ, & de situ ac magnitudine Orbis lectione, cogitare coepit, delusos co usque scriptores, qui trans Oceanum terras esse nullas, aut excipiendis ineptas hominibus, obfirmare crediderant; vestigandasque sibi illas proposuit, de quibus verbo & scripto ad hospite fuerat certior factus.

687 Res erat immensi molimini, & quæ privati cujasque hominis vires excederet, nec nisi Regis alicujus ope opibus que tentari posset: alijs pro in-

dé incassum Principibus viris pro Novi Orbis conquistatione invitatis, ridentibusq; Columbi systrema, quod fabulis jam pridem adscriptum amandatumque fuerat usque ad Lunæ concava inter Platonica cogitata; ille tandem Catholicos Reges convenit Ferdinandum & Elisabetham propulsandis è finibus suis Mauris intentos. Jussus propter ea vergentis ad finem motosi expectare belli exitum, Salmanticam adiit, doctissimos celebrissimæ Academiae Magistros, in Mathematicis etiam eruditissimos, consultorū, atque in suum, ut posset, sensum, collatis momentis, adduturus. Nec frustratus ipse, Dominicanos in primis insignes cogitationis sua suffragati gratulatus est sibi. Tum reverlus in Curiam, resfractoque memoriam negotio, pronam in illud Elisabetham Reginam tandem unâque Ferdinandum Regem in suas partes traduxit. Angustum id temporis Regium ararium sumptibus erogandis pro expeditione, tunc quidem prægrandibus, impar quod esset, aureis suis & argenteis monilibus pignori datis, decim mille ducatos mutuo Reginæ accepit, Columboque, præinitis pactis, coemendis navibus, & ceteris parandis exhibuit. Et opportunè dixeris factum, ut è mundo muliebri Novus Mundus prodierit, Columbo in ipsum strenue inquirente. Armatis siquidem tribus celocibus, milites cen-

rum viginti secum, prætereaque navitas & operas ducens, è Portu Palos de Moguer nuncupato 20 Augusti 1491 solvit, Deoque magneticum Indicem gubernante, tandem 11 Octobris ejusdem anni Insulam Cubam inter & Floridam medium, Lucayos nuncupatam, ab gentilibus vero Guanachini, detexuit: Inde Barucoam, Cuba Portum, mox Insulam Hasti dictam, quæ Hispaniola est, alias S. Dominici tenuit, gentis que Principem amicitia ibi coniuncta. Facili subinde negotio Arcem inibi adficavit, quam designato à se Duci præsidarijsque commisit, nec absque auro & rarioribus avibus, rebusque alijs, & Indis decem, illuc remcavit unde quinquaginta retro diebus solverat.

688 Tum Barchinonem invi-sendi Reges Catholicos gratia convenit, a quibus humanissime exceptus, Architalasus perpetuo titulo, Pro-Rex, & Dux Generalis Indianorum auguratus fuit, multisque auctus honoribus, & gentilitijs theseris Castellum, Leonem, Orbemque præferentibus, quibus lemma hispanum in posterum additum: *Por Castilla y por Leon Nuevo Mundo hallo Colon.* Hisce Reges eximiâ perfusi leti-tiâ Catholicî, cum nihil antiquius haberent, quam Dei gloriam augere, & Ecclesiam amplificare, in ejusdem caput Romanum Pontificem devotissimi & obsequientissimi, Alexandro

VI, tum sedenti, datis litteris rem aperiunt, à quo amplissima munera. Constitutione, quæstas tunucusque Insulas, conquirendas que deinceps, & continentes terras, hoc est, Novum Orbem, desuatis sancte limitibus dissidiij cum Lusitanis cavendi gratia, iunctisque hauriendis ab Apostolico Rescripto Legibus & oneribus, perpetuâ donatione accepere.

689 Secundum hæc naves 17 multo impedio paratas Columbo Praefecto committunt, in quas 1500 fere milites invehunt, agricultas, operas, pecora, grana ceteraque vietui & politico conventui apta superimponunt: in primis autem Sacerdotes è Clero Seculari 12, & Monachum Benedictinum, Buylum nomine, Vicariatuque insignem Pontificio, pro recens detectis gentibus christianè instituendis dimittunt. E Gadibus solventes 25 Septembris 1493, salutatâ primum in itinere quam Dominicam appellauunt, Infulâ, & alijs in transcur-su relictis, Hispaniolam 28 Novembris, tenuerunt. Vix autem Portum à Nativitate dictum ingressi cum Columbo Sodales, alio immigrate compulsi sunt, quod & Ducem & milites ibidem relictos ad unum occislos omnes, aut incendium lignicis admotum dominibus evasuros, fluctibus obrutos recivissent. Urbi Elisabethæ ibidem Insula, quò migrarunt, edificata, Christophorus Jacobum ger-

germanum suum fratrem præfecit, Hispanorumque magnam partem reliquit, intimiora ipse lustraturus Provincias, in qua Arcem S. Thome tumultario licet opere, erexit, præsidarijsque tradidit,

690 Elisabetham repetens, ei ubi ad ornanda sarcenæq inten-dit, nobilium aliorumque invidia incurrit, gravatè iuncta sibi opera & moleste ferentium; quies sedatis, 24 Aprilis 1494 incensâ nave, ductisque in comitatu duabus, conquitionem recorditus est captans, nec sine fructu ad inventæ Jamaicæ, Insularumque aliarum, quies in chartam reduc-tis, se in Elisabetham Urbem 29 Septembris recepit. Interea loci, turbatæ res fucrant, Hispanis aliquibus criminandi ipsis ergo in Europam abeuntibus, Indis autem in advenas rebellantibus, & aperto Marte decertare gestien-tibus. Centum mille pedites in campum de la Vega Real dictum, adversus Hispanos numero quam longissime inferiores & impares 5 Aprilis anno eiusdem seculi 95 descendere, multaque strage fulsi, victoribus nostris in prædam cesserunt. Adhac, non diu post, Quætor Regum dimislus jussu, comparuit, qui jaclata adversus Nostrum à criminatoribus explo-raret; ut vero acerbius inquirere cooperat, & quam pat fuisset du-rus agere cum Columbo, is se vice Bartholomæo fratri, qui non ita pridem advenerat, Insula de-mandato regimine, celoci se de-

dit. 10 Martij anni 96 suam apud Reges causam acturus. Perbuma-niter acceptus ab eis nihil ca-lumnias facientibus pristinas, & quas ille ipse. Quætor dedux-erat, qui secundâ vectus item ce-loce prosecutus fuerat Colum-bum, suo hunc muneri restitu-tum voluere, auctumque honori-bus, facultatibus, & octo navi-gijs multoque & vietu & are pro operis & militibus, quibus tempestivè usus, auxilio fuit co-lonis Hispaniolæ, tunc temporis extrema annone gravitate con-flictatis, duabus statim navibus eò amandatis. Reliquas ipse 30 Ma-ji anno 97 dicens e Luciferi fano solvit, & conquirendi Orbis No-vi proposito instituit. Ad Portum Sanctum jaclis anchoris, inde in Gomeram venit, mox tribus in Hispaniolam navibus commissari dimisissis, totidem, quæ reliquæ erant, ulteriori processit in Insu-las ad Promontorium viride sitas, & quibus littora continentis ad-lambens, terram ipsam penes Ju-lij finem memorati anni referavit, & quam latissime ripas ejus à Pa-ria ad Promontorium de Vela por-rectas aperuit, sinum Margarita-rū, Margaritamque Insulam, plu-resque alias intuitus, opportunè in tabulis suis & chartis signavit.

691 Sextis 15 lassatis nautis operisque cunctis prælongo & difficiili itinere, Nostræ cam obré, tum etiam quod Hispaniola ne-gotia ipsi vellerent ariet, eò veli-ficandum esse constituit. Erter-

cō res primat̄ Insulæ ita habebant, ut vix ipse sedandis turbis industria sua & humanitate, ac qua apud plerosque erat reverentia sat fuerit. Nam & si disfidentes ad concordiam induxit, & diligentissimè pro Regum honore & commodis labaverit, nihilo tamen minus Catholicī ipsi Principes rebellantium litteris fatigati, Columbum & Fratres multis nominibus calumniantur, è re sua ducentes quieti noya Reipublica & paci consuleret, loco Nostrum movere, & Quāsiforem alium amittere decreverunt. Is porrò ubi 23 Augusti anno 1500 Hispaniolam factūst̄ legibus illum & iudicio persecutus, quiritari plerique cuperunt, multaque in Columbum objicere, quibus ille facilius quādecet̄ permotus, in vincula Clarissimum Virum injectit, cui cum impingere compedes audere nullus, mediastinus, fordidæ conditionis homo, qui quondam ipsi à culina fuerat, facinus illud & perfidiam impudentissimam non est veritus perpettrare. Impositos deinceps navibus, Octobri ineunte, unā cū Christophoro Fratres singulos vinculis illigatos in Hispaniam pergere iussi dictiōs coram Regibus causam. Adeo verum est illud: *Dai veniam corvis, vexat censura columbas.*

692 Per molestè tamen & acerbissimè audaciam Quæsitoris Catholicis Ferdinando & Elisabetha ferentibus, & Columbus

& Fratres exemplò soluti, milleque ducatis regiā liberalitate donati fuere, ut Granatae conferrent se. Humanissimè, ut parerat, Viros de se optimè meritos Reges habuerunt, nihilque detracitum de juribus & honoribus Christophoro pridem collatis, asserendosque ab injurijs sponderunt, & porro statim a Praefecturā Hispaniolae remoto Bonavillæ, qui acerbius Columbus vexaverat, Ovandum, Alcantrensem Equitem, suffecere. Noster ut in instituto suo conquirendi, quem incepit, Orbis Novi factūst̄ pergeret, in mandatis acceptis, destinatis navibus quatuor, annonā in biennium instructis. Quartū igitur iter arripuit à Gaditano Portu auno 1502 9 Maij, & quamquam Hispaniolæ Portum ingredi Regum decreto prohibitus, tamen carinandi navigij, quod malè habebat, gratiā diversari apud illud tentavit, nec verò obtinuit ab ejus Praefecto, quo amicè commonito de egregiā tempestate impendente, ne quæ in anchoris erat clavis 31 navibus constans, proximè in Hispaniam proras actura, nisi post octiduum velificaret; ipse in proximus se Portum conjectit Formosum nomine.

693 Quod verò & Ovandus Praes, & naucleri, & nautæ ad unum omnes prædictionem cæchinis exceperint, ineunte Julio sudo sereno quæ celo Clavis iter aggredita, brevi & levissimâ jactata est

est tempestate, 20 que naves fluitibus hauſta cum vectōribus, ne uno quidem superstite, argento que multo, & aureo grano uno magnitudine pani haud exigua molis pari & sumillimo itidem devoratis. Christophorus, ubi pacatum fuerat mare, operi accinctus, quod jam diu conceperat votum; 14 Julij solvens è Formoso, ubi latuerat, Portu, totos 70 dies malaciā detentus, pluvia egrāque & sui & vectōrum valetudine divexus, littora demum continentis salutans & gentes, Portum Bellum, commicatus & carinæ gratiā appulit: inde Nombrediolam, ubi substinet diu: hinc Bethlehemiticum flumen alcæ plenum intravit, alijsque tentatis, in Hispaniolam regressurus, apud Jamaicam Insulam integrum mortatus est annum, sexcentisque molestijs affictus: nam famē penuriamque passus, ægrōtus, anxius, turbis Hispanorum scelē inter disidentium & digladiantium componendis intentus, his liberari curis haud poterat. Insulā excedens, quod attritis infidisque navibus suis committi posset nullus citra præsentissimā metum naufragij. Nuntios propterā Hispaniolam amiserat, remigantibus & Indis, listresque agentibus, auxilijs ab Ovando petendi gratiā, quod ubi tandem, appellente navigio, accepit, se cum Socijs in Primitiam Insulam contulit, quibus ibi manētibus, ipse ad Hispaniam accedit anno 1503.

694 Excesserat jam Regina Catholica, quæ propensiō louge fuerat in Columbum quam Rex, cui ille rationes tradidit demandari sibi muneras, & sperate fe pollicitam mercedem pro exaltatis laboribus dixit, ut rure dominatus, aliquantulum quiesceret mortem opperiens. Ut tamen id generis decreta tardius expediti non raro solent, quæ Christophoro postulanti Ferdinandus promiserat, postquam ille ad plures abierrat, in Filiū suum & hæredem Jacobum contulit, cujus decimæ Familia eximis honoribus aucta & divitij, posterorumque etiam strenue gestis Clarissimas inter Hispanias censetur.

695 Christophorus, ne hoc prætermittamus, eo forsan tempore quo postremū Hispaniæ fuit, Americum Vesputium, Natione Florentinum, in judicium vocavit, eo nomine, quod suum Novo Orbi, injuriā haud quāquam ferenda, affixerit, quem ille eximia diligentia & fatigatione, Deinde in primis beneficio quæsierat comparaveratq. Hercle plagiarium Americus egit, Mundi plágam istam Americanam nuncupans, perinde quasi à se conquistāti, non scripta modo suffutatus & chartas, sed Orbem, quem chartis geographicis delineavit. Id enim Vesputij opus fuit, quodque felissime agere soverat, tabulas nauticas exarare, cetera vero Novū Orbem, hoc est, Insulas continentemque terram aperuerat Colum-

lumbus, cui Americus socium se dedit, non Duxim agens, aut Navarchum quidem, sed Merca-torem, nauticē licet satis peritum, ea in navigatione qua Colum-bus continentem terram dete-xit, ad clavum sedente Joanne de la Cosa, Cantabro, Duce ve-riō Alphonso de Ojeda, Præfecto autem pro suo munere & Archi-talafo Columbus. Hæc postquam testibus omni majoribus exceptio-ne, documentisque maximis fu-e-re probata, Amricus semel & ite-rum causa cecidit, advocato Fis-calci Columbi juribus adfavente in Regio Consilio, cuius jussio-ne expunctum, ut ut potuit id temporis, fuit America nomen Orbi Novo callide à Vesputio in-ditum, & ubique terrarum tabu-lis effusis sparsum, quod consultis regis Archivis scribit Antonius de Herrera, in Historia generali Indiarum Occid. Decade 1. Lib. 4. cap. 2. & 11. & Lib. 7. cap. 1. pag. 224. & Decade 4. lib. 8. cap. 12. & in descriptione ea-rundem Indiarum pag. 15. ipsoque citato D. Joannes de Solorzano, de Indiarum jure lib. 1. cap. 4. à n. 5 ad 12 penes quem n. 10 leges Authores de Ameri-ci fraude conquetos F. Tho-mam Maluendam lib. 3 de Anti-Chrillo cap. 16. Abraham Ortel. Opmercum, Carol. Stephan. Bern. Alderter. Mosquenium de Barnue-vo, quibus nostrum addimus Be-tancutum in Theat. Mex. tract. 1 cap. 7 pag. 14 n. 33. Quali-

cet ita habent, usui tamen de-servitus, & Americā tertio quo-que verbo vocamus Novum no-strum Orbem, voce, si quæ illa est ad placitum, ipsum lignante, quamquam & veritati & leverio-ribus displicere Criticis debeat. Nec propterea bono alioquin no-mini Americi & existimationi de-tractum volumus, cuius & peri-tiam laudamus, & fatemur pos-i-tam operam, Ferdinandi jussione Regis, in nautarum examine, ta-bularumque confectione, ut laudato Herrera scribit Solorzanus n. 12. Insuperque à Lusitania Rege Emmanuel vocatum naviga-tionum causâ, optimè ea defun-ctum Provinciâ fuisse, sine equi-leo aut tortore facetur, nec diffi-cetur, allegatis Masscio & alijs eo loci ipse Solorzano. Detectum vero Orbem Novum ab ipso, ci-tra piaculum grande concedere neutiquam possumus.

696 Columbus (ut ad ipsum revertam Vallisoleti agentem, seque proximè ad funus compa-rantem) quam pè & christiane duxerat vitam, adversus Deipar-mentem Virginem egregie pius, tandem depositus 20. Maji anni 1506. Exviae ejus Hispalim pri-mùm ductæ, inde in Hispaniolam translatae, in majori Cathedra-lis facello habentur, nisi fa-llitur Henricus Martinez insu-nando infra loco hæc scribens. Clarissimi Sarcophago viri D. Joannes de Cabellanos in de Vi-ris Indiarum illustribus libro, Epis-

taphum adornavit quod subdi-dimus.

*Hic locus abscondit preclara mēbra Coloni,
Cujus sacratum numen ad astra volat.
Non satis umis erat mihi nosus, et Orbē
Ignotum prīcis omnibus ipse dedit.
Divinitas jūnas, terras dispersit in omnes,
Atque animas celo tradidit innumeras.
Invenit campos divinis legibus apes,
Regibus & nostris prospera regna dedit.*

Quod his vertit Hispanis nu-meris.

*Este poco compas, que vés, encierra
A aquel Varm que dio tan alto vuelo,
Que no se contentó con nuestro fuelo,
Y por darnos un nuevo, se desfiera.
Dí riquezas inmenas á la tierra,
Innumerables animas al Cielo:
Halló donde plantar divinas leyes,
Y prosperas Provincias á sus Reyes.*

Scripta, quorum merito suspi-ciendus est etiam, varia circum-feruntur. Et principio, cedro qui-dem dignum est illud, quod in Hispaniam redux à prima in In-dias expeditione, in membrana exaratum, involutum telâ, lage-na commisit, tempestate jacta-tus, ut forte ad Reges, quorum auspicijs iter egerat, perveniret, nec mox inventus Novus Orbis iterum mortalium oculis se sub-duceret. De quo Antonius de Herrera Decade lib. 2. fol. 36 & Antonius de Leon Pinelo in Epit. Biblior. Occid. col. 564. Successit hispano sermone

Summarium primi itineris Colum-bani, quod ibidem mox citapi

scriptores memorant. Præterea

De Sideribus nauticis, seu, Pro dirigendo naviculario cursu Liber, qui ab Authore acceptus ipso, usui fuit Antonio de Alaminos, Nauclero, cujusque luce prope Jucatanum deveniens, Franciscò Hernández de Cordova divites & frequentes terras pollicitus est, ut è Doctore Francisco de Cer-vantes Salazatio, Mexicana Uni-versitatis nostra primo Rhetori-ca Professore, in Chronicis In-diarium Lib. 2. cap. 1. scribit da-to loco Pinclus, adjiciens Colum-bi hispano sermone

Tabulam Insularum recens apud Indiarum mare inventarum.

Latinè eam reddidit Alexan-der de Costa & excusit anno 1493: Habeturque etiam edita Bassisca 1532 fol. 64, in libro cui titulus: *Bellum Christianorum Prin-cipum præcipue Gallorum contra Sar-racenos, & rursus ibidem 1533. fol. 1. & 1555. fol. 1. Extat etiam in Volumine *Hispania illustrata* tom. 21 fol. 1282.*

Epistola Jamaike data 7 Junij anno 1503 seu, Postremi itineris sui enarratio ad Catholicos Reges trans-missa. Editam esse in quarto Pi-nelus affirmat col. 565. haberique in Bibliotheca D. Joannis Sal-dierna, & fuisse MSS apud Erudi-tissimum Consiliarium D. Lau-rentium Ramirez de Prado.

Brevem itinerum suorum narratio-nem, cuius fragmentum, & Episto-las alias ad Catholicos Reges una cum Privilegijs ei tandem con-

cessis exhibuit in Historia sua D. Ferdinandus Columbus, teste Pinelo mox dato loco; adducente Freherum fol. 1434 aliquot horum Operum memoriam, & elo-
gij Nostro dati ab Alphonso Gar-
cia Matamoros. Ipse item Pine-
lus versionem Italam ab Ameri-
co Vesputio adornatam, additam
que in Novo Orbe referti: Lat-
inamque Joannis de Pardo anno
1555.

*Epistolam diiam ad D. D. Di-
dacum de Deza Archiepiscopum His-
palensem memorat D. D. F. Bar-
tholomaeus de las Casas in Hi-
storia generali Indiarum Lib. 1.
cap. 29 teste Pinelo fol. 913 col.*

Collectionem vaticinorum recuperande Hierosolyma adiutorc Carthusiano Monacho confecit Idiomate hispano, Catholicisque Regibus Ferdinando & Elisabethæ nuncupavit; quæ juncta Volumine cum Indiarum detectione habetur MSS in Bibliotheca Metropolitanæ Patriarchalis Ecclesiae Hispalensis in folio, 14 tamen abscissis folijs, ut testis est citatus Pinelus fol. 913, col. 4.

Prælongum quidem esset Clas-
sissimi elogia Viti texentes recen-
dere Doctores, quibus præterea
innudis superlædemus, atque,
præter obiter in superioribus in-
dicatos, tantum subnecimus
Acta nobis ejus subministrantes,
D. Ferdinandum Pizarro & Ore-
llana, in Vitis illustribus Novi
Orbis, quorum agmen duxit Co-

lumbis à fol. 112 ad 40. editionis
Madritana anno 1639, & Hen-
ricum Martinez, in Tabulis suis
temporum, & Historia Naturali
Novae Hispaniae, à pag. 130 ad
142 edition. Mexicea anni 1606.
Poemata autem, Comediae, & id
genus multa Columbi decori
applaudentia Opuscula, indigitat
Pinelus col. 565 & 566.

+ 697 P. CHRISTOPHORUS DE
CONDARCO, Natione Mexicanus,
ni fallimur, incerta nobis Patria,
Societatis JESU alumnus, & in
Collegio Máximo SS. AA. Petri
& Pauli Mexico Rhetorica Pro-
fessor, scriptor

Poeticam Dissertationem pro Je-
su natali colendo sub Margarite sym-
bolo, habeturque in Libro ejus
argumenti ad annum 1689 in
Bibliotheca ejusdem Collegij,
+ 698 D. CHRISTOPHORUS
DIAZ DE ANAYA, Natione Me-
xicanus, in Dicecisi Angelopolina
ortus, & Oppidi de Olintla Pa-
rochus, scriptus.

*Dictionarium ejusdem Idiomatis:
Pro ut testatur Author Libri
editi, Allegationes in favorem Cle-
ri Angelopolitan. fol. 80 col. 2.*

+ 699 D. CHRISTOPHORUS
DIAZ DE SANCTA ANNA, Natione Mexicanus, Dieceesis Angelopolitanae, in Oppido de Olin
tla Parochus, exaravit

*Artem Lingue Totonaca.
Methodum agendi excipiendique
Confessiones sacras eodem Idiomate*

Nobis copiam ejus fecit D.
Didacus Bermudez de Castro in
Catalogo ad nos missio de Scrip-
toribus Angelopolitanis n. 38.
+ 700 D. CHRISTOPHORUS DE
ESCALONA MATAMOROS, Na-
tione Mexicanus, Patria Ange-
lopolitanus, Praesbyter eruditus &
pius, elucubrata à se habet his-
pano sermone

*Historiam Cenobij Recollectarum
Virginum à S. Rosa Peruviensie
nuncupatarum, è Gynaeo nuper An-
gelopoli erexit: Vitasque earundem in-
signes:*

Fidem nobis item faciente memorato in Catalogo ipso Bermudezio n. 152.

701 P. CHRISTOPHORUS DE
ESCOBAR ET LLAMAS, Natione
Mexicanus, in Dioecesi Michoa-
canensium clara stirpe ortus, Me-
xici Regalis & Antiquioris Divi
Ildefonsi Collegij alumnus, cu-
jus, procedente tempore, futurus
erat Patens & magnificentissimi
adifiscij instaurator, latine doctus
Philosophiam egregio nomine &
Theologiam excoluit, gradus in
Academâ nostrâ promeritus, quos
Minervalibus vicis plaudentibus
tulit. Soc. IESU nomen dedit,
& nomini ejus litteris & gestis
rebus decus multum adjunxit,
quatuorque in ipsa nuncupavit
Deo vota, Naturâ & virtute com-
paratus ad magna, varijs præfe-
ctus curis, strenuam singulis de-
dit operam. In Maximo Mexi-
co Collegio SS. AA. Petri & Pau-
li Rheticam docuit, mox Phi-
losophiam, & in
exercitationes, Academijs pro singu-
lris Facultatibus institutis, vivi-
diore alias per hebdomadam ha-
bendas adjectit: singulos examen ad
extremum scholaris arii subire de
præscriptis cuique pensis, rigidâ
coram Sodalibus habitâ criti, &
longâ concertatione instituit: at-
que eximia constantia & defa-
tigatione totos 16 annos hisce in-
terfuit actionibus, quæ plurima
certè sunt in frequentissimo tre-
centorum fere Sociorium gremio
præfectum agens & palstritam
adeo ut familiarissima sibi fecer-
it ad unguemque habuerit in-
tegra Theologica Volumina P.
Joannis Marin Theologiae Pro-
fessoribus in Collegio ulvi data:
pariterque sueta excoli à Cano-
nici Juris candidatis Commenta-
ria D. D. Emmanuelis Gonza-
lez Tellez, & qui præ manibus ha-

CH

bentur à dantibus operam Civili-
bus Sanctionibus Libri D. D.
Antonij Pichardo; ut interea Phi-
losophos prætereamus & Rheto-
ricos ac Grammaticos, alijs ad-
dictos legibus, nec tamen sub-
ductos Rectoris curæ.

703 Adhac excitandis amplius nobilibus ingenij præscrip-
tit habendas quotannis geminas
à Theologis totidemque ab stu-
diosis Juris publicas in Univer-
sitate concertationes, quarum
Majorem alteram dicunt, aliam
Minorem, suffragijs Sodalium
eiusdem Aulæ ijs committendas,
qui doctrinâ reliqujs præstent,
& qui pro minoribus destinen-
tur, duodecim ex asse titulos mul-
tis gravidos controversijs defendant;
24 verò per integrum diem
operam daturi Majori, non ex-
guis Collegij sumptibus, grandi
verò profectu & gloriâ. Quo au-
tem anhelantibus ad Scientiarum
culmina faces adderet, annos re-
ditus destinavit pro expensis erog-
andis in Doctoratus apice Theo-
logici à Sodali petendo, tum etiâ
in Licentia gradu Juris Canoni-
ci ab hujus professore Facultatis
optando, premisis in Gymnasio
Collegij anterioribus probatio-
nibus scholasticis, quas Acade-
mia nostra perpetuo & inelucta-
bili more tener pro convecten-
dis Infularum candidatis & pe-
titoribus. Cathedram etiam pro
Magistri Sententiarum aperien-
dâ doctrinâ in Universitate à Co-
legij Sodalium probatori insti-

CH

tuendam curavit à Catholicô Re-
ge nostro, Academicô Confessu-
annuente etiam & postulante,
destinato è Collegij proventibus
honorario, & vero postquam pri-
mo secundoque quadrierunio huic
strenue suggestui incubuerant
Moderatores, justis de causis, ca-
ut se abdicarent provinciâ oppor-
tunius existimavit.

704 Nec verò in litteris dun-
taxat, quæ diximus incrementa
Collegio dedit, sed in Ædibus,
quas à fundamentis excitavit,
amplissimis: Quod enim attrita
tempore fabrica esset, & quam-
quam ampla certè, angustior in-
dies pro confluentibus convicto-
ribus, vastissimam juxta & poli-
tissimam aggressus est molem,
cui vix parem etiam in Europa
inveniri exteri homines & per-
multa vagati testantur. Ut est Re-
ligiosissimus, Sacellum in primis
condidit nobilissimum, & sacra
supellecili omni augustissimum.
Ad extremum deducentem mag-
nificentissimum opus R. admou-
dum P. Præpositus Generalis Soc.
JESU Mexicanæ Provinciæ re-
gendæ admovit anno 1743, quam
religiosè simul & prudenter est
moderatus. Absoluto munere
Provincialis, & capít & absolvit:
itidem auspicato fidere conjunc-
tam Sanctandreano Collegio
Mexico, Instituti sui, magnitu-
dine insignem & venustate Do-
mum, pro ijs qui secederet op-
taverint viris octiduo aut am-
plius, Deo negotioque animæ va-

ca-

CH

caturis, daturis operam. Exerci-
tijs spiritualibus, ab inclyto Pa-
rente S. Ignatio de Loiola aurco
scriptis Libello, omni quidem
laudi majori. Biennium fere est,
quo dedicata pulcherrima Do-
mus & devotissima, usui esse cä-
pit & Clericis multis & Laicis
illuc pietatis ergo accurentibus.
Noster interea in eodem Sanctan-
dreano agit, valetudine quidem
adversâ, nec tamen inerte vitâ
pro ingenio suo & virtute tra-
ductâ, cuius subinde abstinemus
elogio. Scripsit, dum Rhetoticam
profitebatur

Poeticam Concerationem in Na-
tali Domini habitam dato Oculorum
Symbolo. Extat in Bibliotheca Co-
legij Maximi Mexicani in Libro
hujus argumenti ad annum 1723.

Cursum Philosophicum à primor-
dijs Summularum ad postremas usque
Aristotelici Systematis Tractationes,
cujus exemplaria plura habentur
à Discipulis custodita, & pretio
etiam ab alijs Doctoribus habita.

Varia pro Sacrorum Bibliorum
endatione, MSS similiter.

Conciones itidem hispanas, Pro-
lusiones latinas, & Opuscula alia.
MSS.

705 F. CHRISTOPHORUS DE
ESPINOSA A CONCEPTIONE, Na-
tione Mexicanus, apud Mexical-
zingo genitus, severiora S. Fran-
cisci instituta in Provincia S. Di-
daci Mexico professus, vit do-
ctus & pius, Missiones sacras &
inter barbaros egit, difficilia lo-
ca incolentes, & urbanas etiam

GH

inter Fideles, Expeditum prælo
Opus habet, quod legimus, asce-
ticis valde utile, hilpano sermo-
ne

*Arma spiritus pro afferenda di-
vinâ gratia ab invasionibus demo-
nis, mundi & carnis. Duabus par-
tibus in octavo. Habet præterea*

Sermones panegyricos.

*Sermones morales pro facris expe-
ditionibus.*

*Conciones de Doctrina Christiana,
Indulgentijs, & Contritione.*

706 D. CHRISTOPHORUS

GRIMALDO DE HERRERA, Na-
tione Mexicanus, in ipsa Imper-
iali Urbe nostra claris genitori-
bus ortus, in Majori Divæ Ma-
riae & Omnitum Sanctorum Co-
llegio Togatus, Causidicus apud
Mexiceum Areopagum fuit ab
eloquentiâ & jurisprudentiâ accla-
matissimus: Rubram, quæ Profes-
orum Civilium Legum tessera
est, Doctoralem infulam in Aca-
demia Mexicanensi merito tulit,
& procedente tempore ejudem
facultatis Decanus exitit. Ante-
cessorem egit Vespertinum Im-
perialium Sanctionum, atque
etiam Clementinarum, ut qui
doctissimus pariter erat in Scientiâ
Canonicâ, atque gradu ejus in-
signis. Postquam in Schola & Fo-
ro diutinam posuerat operam,
atque egregium sibi comparave-
rat nomen, à Catholicô Rege
nistro Auditor Regius pro Juri-
dico Conventu Manilensi apud
Insulas Philippinas destinatus, co-
se contulit, ubi demum excelsit.